

(4) *A ningún Clérigo.* Presbytero vel Diacono, seu cuiuscunque ordinis sit, ut hic, et in cap. *confrmandum*, et cap. *illud*, et cap. *alienum*, 50. dist. et per gloss. vers. *nisi*, in cap. *quæsitum, de penit. et remis.* et de monachis, vide Gloss. in cap. 1. 2. quæst. 3.

(5) *Degradasen.* Depositus solemniter penitere potest, cap. *sacerdos, de penit.* dist. 6. et 50. quæst. 1. cap. *si quis sacerdos*, Gloss. in dict. cap. *confrmandum*, 50. dist. et in cap. 1. et cap. *quæsitum, de penit. et remis.*

(6) *Ser Clérigo.* Habes hic, quod laicus qui solemniter penituit, non potes fieri clericus, neque miles, neque pannos coloris induere, neque matrimonium contrahere: unde juvenibus non est facile ista penitentia imponenda, ut in cap. *penitentes*, 50. dist. et vide ad istam l. cap. fin. 50. dist. et 53. quæst. 2. cap. *acmonere*, et vivet iste secundum regulam ecclesiasticam, cap. *contrarium*, et cap. *falsas, de penit.* dist. 5.

(7) *Valdria.* Adde Gloss. in dicto cap. *admonere*, in verbo, *Numquam dicere*, et l. 14. tit. 2. part. 4.

LEY XX.—De la penitencia que es llamada pública, e porque es asi dicha, e á quien debe ser puesta, e quien la puede poner.

Pública es llamada otra manera de penitencia que se face concegeramente. E esta es (1), quando mandan a alguno, que vaya en romería, ó traiga consigo palo codal, ó escapulario, ó otra vestidura como de Orden: ó que traiga fierro ceñido en el brazo, ó en el cuello, ó que ande desnudo, ó en paños menores. Otrosi llaman penitencia pública aquella que facen, yacendo encerrado en Monasterio, ó en otro logar apartadamente, que esté y toda su vida, por pecado grande que fizo. E por eso es dicha pública, porque debe ser fecha concegeramente. E esta penitencia puede dar qualquier Clérigo Misacantano (2). E puedenla poner tambien á Clérigo (3) como á Lego. E esta es la segunda manera de penitencia. La tercera es aquella que llaman los Clérigos privada, que quiere tanto decir, como penitencia, que se da privadamente en poridad: e esta deben facer todos los Christianos, todavia quando confiesan sus pecados apartadamente.

LEY XX.—Secunda penitentia vocatur publica, quam potest quilibet presbyter etiam clerico imponere, ut peregrinatio, certæ vestis usus, ferrei cinctio, monasterii reclusio, et similia. Tertia penitentia est secreta, quam quilibet Christianus tenetur facere private in remissionem peccatorum. Hoc dicit.

(1) *Esta es.* Publica penitentia dicitur illa, quæ fit in facie Ecclesie, non cum solemnitate, de qua supra in lege 18. sed quando iungitur peregrinatio per mundum cum baculo et pera benedictis, ut tradit Host. in *summa, de penit. et remis.* charta 13. versic. *his prælibatis*, et Cardin. de Turre Cremata, et Præpos. post eum, in cap. *si quis post remissionem*, et cap. *quamvis*, 50. dist. ubi quod publica penitentia dicitur dupliciter: uno modo penitentia, quam quis facit in signum publicæ penitentia, licet non in solemnibus, ut in cap. *in capite*, 50. dist. alio modo quælibet, quæ fit in facie Ecclesie, scilicet cum iungitur peregrinatio per mundum cum baculo cubitali, vel procesionis in camiseis: et hæc non ponitur pro crimine occulto, sed pro crimine manifesto, ut in cap. 1. et ibi Abb. et in cap. *quæsitum, de penit. et remis.*

(2) *Misacantano.* Idem tenet Host. ubi supr. argum. cap. 2. de *offic. Archiepiscop.*

(3) *Clérigo.* Intellige, quando crimen prodiit in publicum, ut in dicto cap. *quæsitum*, et ibi Gloss. *de penit. et remis.* et in cap. *presbyter*, ubi Gloss. 28. dist. et 50. dist. cap. *si quis presbyter.*

LEY XXI.—Quien ha poder de oír las confesiones.

Confesarse deben los Christianos de sus pecados á los Clérigos Misacantanos (1). Ca ellos han poder de oír las confesiones, por el poder que reciben de los Obispos,

porque tienen logar de los Apóstoles, en la Orden que les dan de Misa (2). Pero este poder non lo han los otros homes Religiosos, maguer sean Misacantanos: ca non pueden dar penitencias, nin baptizar, nin predicar al Pueblo, nin usar de las otras cosas que pertenescen á curas de las almas; fueras ende, si oviesen privilegio del Papa (3), en que gelo otorgase; ó si los pusiesen los Obispos para servir á algunas Eglecias Parrochiales (4), que fuesen de aquella Religion donde ellos son: e esto con consentimiento de sus Mayores de aquella Orden. E maguer dice de suso, que se deben confesar los homes á Clérigo Misacantano, esto non se entiende, que lo han de facer á otro, si non aquellos onde son parrochianos (5), cada uno en su Eglecia. E maguer se quisiesen á otro alguno confesar, non lo pueden facer (6) sin otorgamiento de aquel (7), ó de otro su Perlado (8) mayor donde es parrochiano. Ca otro no lo podria ligar, nin absolver, si non fuese por mandado dellos. Pero los Perlados mayores (9), asi como Obispos ó dende arriba, e los otros que non han Mayoral sobre sí (10), si non al Papa, pueden confesar á quien quisieren, solamente que sea Clérigo Misacantano aquel, á quien se confesaren, sin demandar licencia ninguna.

LEY XXI.—Quilibet suo presbytero Parochiali tenetur confiteri et non alii, nisi habuerit licentiam alii confitendi: prælati tamen major potest cuilibet hanc licentiam dare; sed Religiosi non possunt confessiones audire, neque baptizare, neque populo prædicare, vel curam animarum exercere, sine Prælati vel Papæ licentia, vel nisi Episcopus ei committat aliquam Ecclesiam sui ordinis; tunc enim potest eam de sui majoris licentia tenere, et prædicare, omniaque ibi ministrare. Hoc dicit.

(1) *Misacantanos.* Sacerdotibus data est hic potestas à mediatore Dei et hominum, qui ipsos Ecclesie suæ præposuit, et solvendi et ligandi tradidit potestatem, cap. *multiples, de penit.* distinct. 1. et in hoc Sacerdos iudex est, cap. *verbum, de penit.* dist. 1. et quilibet Sacerdos recipit hanc potestatem in ordinatione sua; tamen ligata est talis potestas, nisi à Papa vel à Diocesano hanc habeat potestatem: et ex quo cura animarum commissa est ab aliquo ipsi sacerdoti parochiali, sine alia licentia specialia habet et potestatem audiendi confessiones parochianorum suorum, secundum Host. in *summa, de penit. et remis.* versic. *cui confitendum*, charta 4. col. 2. illius tituli. Sed an presbyter parochialis, qui propter multitudinem populi non potest omnium confessiones audire, possit ad hoc vocare alios sacerdotes, qui eum juvent in audiendis confessionibus, textus videtur quod sic, et ibi Host. notat in cap. 3. versic. *confessiones de off. Archiepiscop.* Archidiaconus vero in cap. *perfectis*, 25. dist. dicit, quod contra dictum Host. facit text. in cap. *cunctis*, 16. quæst. 4. unde ipse distinguit, quod aut Episcopus dedit licentiam aliis presbyteris, et possunt, aut non dedit, et non poterunt, quæ secundum Archidiaconum fuit opinio Raym. in *summa, de penit. et remission.* §. *item posito*: Joan. Andr. in cap. *omnis utriusque sexus, de penit. et remission.* super gloss. et in cap. *cum ex eo, de elect.* lib. 6. tenet, quod parochialis potest ad tempus modicum committere causa subsistenti alteri presbytero, ut audiat confessiones parochianorum suorum: quando vero vellet committere perpetuo, non potest sine Episcopo, allegat cap. *si quis in clero*, 7. quæst. 1. et ibi respondet ad rationes, quas adducit Archidiaconus. Et ita possunt reduci opiniones ad concordiam, et relato isto dicti Joan. Andr. residet Præpos. in dicto cap. *perfectis*.

(2) *De Misa.* Religiosi non habent potestatem absolvendi vel ligandi, neque baptizandi, neque prædicandi, neque exercendi alia, quæ pertinent ad curam animarum, nisi de consensu Episcopi et Abbatis, vel superioris ipsius religiosi, cap. *alia*, et cap. *pervenit*, 16. quæst. 1. et in §. *ecce*, et in §. *hoc idem*: hæc enim pertinent ad Rectores curatos, ut in Clement. *quodammodo, de sepult.* Possunt tamen religiosi audire confessiones illorum, qui habent licentiam sacerdotis parochialis, ut alii possint confiteri, licet non dicat specialiter,

quod religioso, ut tenet Hostiens. in dicto versic. *cui confitendum*, et in versic. *tu tamen dic*, et vide in cap. *placuit, de penit.* dist. 6. et intellige dammodo religiosos alias á suo superiore sit habitatus ad confessionem audiendam, ut tradit Archidiaconus in cap. *perfectis*, eolum 3. 23. distinct.

(3) *Privilegio del Papa.* Hodie vide quod habetur in Clementin. *quodammodo, de sepult.* et super hoc hodie conceduntur facultates per bullas Cruciatæ, et alias concessiones Papæ ad eligendum confessorem, etsi sit religiosus etiam ordinis mendicantium; ex quo videtur talis religiosus habitatus à Papa, videas per Sylvestr. in *summa*, in parte *confessor*, la 1. versic. *quinto queritur*.

(4) *Para servir á algunas Eglecias Parrochiales.* Adde cap. 2. de *statu monachor.* et eod. tit. cap. *quod Dei timorem*, ubi vide Abb.

(5) *Parrochianos.* Concordat cum cap. *omnis utriusque sexus, de penit. et remission.* et in cap. *in primis*, 2. quæst. 1. et 6. quæst. 3. cap. *scilote, cap. nuper*, §. *in secundo*, et in fin. *de sentent. excomm.* et cap. *placuit, de penit.* distinct. 6. Et etiam Rex, si sua residentia est intra certam parochiam, tenetur de iure confiteri presbytero parochiali, Gloss. in cap. 4. de *major. et obed.* et ibi Abb. qui dicit hodie communiter Reges habere privilegium, ut possint eligere confessores: et adde quæ dixi supra in l. proxima. Et clerici habitantes in parochiis subijciuntur in hoc curatis presbyteris parochianum, secundum Abb. in dicto cap. *omnis utriusque sexus*, et Petrum de Pal. et presbyter parochialis potest confiteri, et absolvere suum parochianum, etiam extra parochiam seu territorium parochie, cum penitentia sit de iurisdictione voluntaria, facit l. 2. ff. *de off. Procon.* Hostiens. in dicto §. *cui confitendum fit*, addit etiam de criminibus parochiani extra territorium parochie commissis alieno Episcopatu vel parochia, glossa notabilis in cap. 1. 16. quæst. 1. et per Abb. ubi allegat dict. gloss. et confirmat aliquibus rationibus in cap. *cum contingat*, col. 12. de *foro compet.* Ipsi vero presbyteri parochialis recurrere debent ad Episcopum pro penitentibus; quia cum ipsi immediate subsunt Episcopo, non possunt absolvi ab alio, quam ab eo, vel Archiepiscopo ecclesie cathedralis, quia in hoc est vicarius Episcopi, cap. *officium de officio Archid.* Abb. in dicto cap. *conquerente*, col. pen. de *offic. ordin.* et veniendo in specie ad diversa genera personarum, quis sit proprius sacerdos, tradit late Hostiens. in *summa, de penit. et remis.* versic. *cui confitendum*, per multas col. et dixi aliqua supra, in l. proxima. et quis dicatur sacerdos scholarium, mercatorum, stipendiariorum, et simulum, qui non habent in illo loco proprium domicilium, vide per Innoc. et Abb. in dicto cap. *omnis*, ubi Abb. col. fin. refert opiniones, et dicit illam sibi placere, et esse magis communem, quod ille dicatur proprius sacerdos, in cuius parochia habitat de presentibus, neque possit commode adire proprium sacerdotem, argum. cap. fin. de *parochiis*, allegat Gloss. quæ hoc tenet in Clementin. 1. de *privilegiis*, in verbo, *parochiales*: et permittit hoc istis, et peregrinis propter necessitatem, non tamen per hoc istis sunt parochiani illius Ecclesie, in qua habitant; neque talis Ecclesia proprie dicitur parochialis istorum, ut declarat Abb. in cap. *in nostra, in fine, de sepult.* quem etiam vide in cap. *cum contingat, de foro compet.* 15. col. et vide Bal. in l. *si quis ad declinandam, C. de Episc. et cleric.* 15. col.

(6) *Non lo pueden facer.* Quia ab alieno sacerdote non potest quis absolvi, vel ligari, ut in dicto cap. *omnis utriusque sexus*, et dixi supra in gloss. proxima. in princ. unde procedit non solum in confessione, quæ debet fieri semel in anno, juxta dispositionem dict. cap. sed etiam si pluries velit confiteri, prout notat ibi Abb. in 7. *notabil.* Quid autem de mulieribus, et rusticis, qui sæpe errantes adeunt presbyteros non habentes potestatem? Dicit Abb. in dicto cap. *quodammodo*, et 2. col. 6. de *election.* quod salventur propter fidem sacramenti, refert tamen Joan. Andr. ibi dicentem, quod si ante mortem hoc sciatur, tutum esset, quod iterum confiteantur, argum. eorum, quæ notantur in dict. cap. *quod autem, de penit. et remission.* quod ipse Abb. verum putat in his, qui nunquam habuerunt institutionem à superiore; sed in his qui habuerunt, ex causa superveniente fuerunt ipso iure privati, et non obstante privatione juris tolerabantur, non credit tunc confessionem interandam, quia ut dicit Joan. Andr. et Host. ratione tolerantie hic vere absolvi, per text. in cap. *nonne*, 8. quæst. 4.

(7) *Sin otorgamiento de aquel.* Requiritur duo, ut quis possit confiteri alieno sacerdoti. Primum, ut subsit causa, nam sine causa peccat parochianus, quia videtur contemnere proprium sacerdotem,

et debet esse causa justa, ut in dict. cap. *omnis*. Secundo, ut licentia petatur, et obtineatur, ut hic, et in dict. cap. *omnis*, ubi notat Abb. in 6. *notabil.* Erat autem justa causa petendi talem licentiam, si parochianus sacerdos sit imperitus, ut notat Gloss. in dict. cap. *omnis*, vel ut dicit Abb. ibi, si subest alia causa legitima, ut quia est odium inter istum confitentem et proprium presbyterum, vel inter eum, et parentes presbyteri; vel quia proprius presbyter fuit particeps delicti: licet enim possit, si vult, confiteri sacerdoti participi, secundum Joan. Andr. ibi post Vincent. non tamen necessatur, unde est justa causa petendi licentiam, quod Abb. aprobat ibi in verbo *penitentia*; secus, si elegerit proprium, quia particeps fuit, ut facilius absolvat, allegat test. cum gloss. 19. distinct. in princ. adde his Hostiens. in dicto versic. *cui confitendum*, ubi dicit, quod non semper danda est licentia, imo deneganda; si sacerdos se sufficientem reputet; nam præsumere potest, quod petat parochianus licentiam, ut confusionem et erubescerentiam evitet: vel si forte se contemni verisimiliter præsumit, poterit denegare quamdiu ab Ecclesia toleratur, cap. *vestra, de cohab. clericorum et mulierum*, caveat tamen de conscientia, ut in cap. 1. ejusdem tituli. et de *temp. ordin.* cap. *quæsitum*. Debet autem sacerdos credere petenti licentiam alleganti (saltem in genere) justam causam; quia non est verisimile, quod quis cum fallacia adeat penitentiam, secundum Gloss. in cap. *placuit de penit.* distinct. 6. et si sacerdos injuste denegat licentiam, adeat superiorem illius sacerdotis, qui et si denegat, dic ut in l. 52. infra eod. Si commode adire non potes, ut tradit gloss. et ibi Innoc. et Abb. et alii in dicto cap. *omnis*, super gloss. in verbo *obtemperat*, et habetur infra eod. l. 52. et si subest necessitas, statim potest confiteri alieno sacerdoti, dicit ut ibi per eos. Sunt etiam alii casus in quibus quis confiteri potest alieno sacerdoti, de quibus vide infra ead. l. et per Hostiens. in dict. vers. *cui confitendum*, inter quos nota illud de tempore necessitatis, ut in cap. *quicumque presbyter, de penit.* distinct. 3. et 26. quæst. 6. cap. *si presbyter*, et cap. *quem penite, de penit.* distinct. 1. et cap. *qui vult, de penit.* distinct. 6. Nota tamen, quod neque tempore necessitatis confitendum est hæretico, vel schismatico; quia non habet Ecclesie claves, nisi sit catholicus, de *penit.* dist. 1. cap. *verbum Dei*, et cap. *quem penitet*. Hostiens. in dict. *summa de penit. et remis.* §. *quis debet confiteri*.

(8) *Otro su perlado mayor.* Sive Papa, sive Episcopus diocesanus, vel ejus vicarius, vel Archiepiscopus, item Legatus Papæ vel ejus Penitentiarius, secundum Joan. Andr. in dict. cap. *omnis*, et Gloss. in cap. 2. de *penit. et remis.* lib. 6. et habita licentia proprii sacerdotis, vel superioris confiteri potest sacerdoti etiam curam animarum non habenti, ut notat Abb. in 1. Clement. de *privileg.* super gloss. in verbo, *specialis*, quidquid dixerit ibi gloss. et Gloss. in dict. cap. *omnis*, et ibi Abb. de quo per Sylvestr. in *summa*, in parte, *Confessor*, la 1. versic. *quinto queritur*, et ad hoc videas extravagant. Joan. 22. quæ incipit *vas electionis*, sub titulo de *hæretic.* in extravag. *communibus*.

(9) *Perlados mayores.* Concord. cum cap. fin. de *penit. et remis.*

(10) *Mayoral sobre sí.* Id est, sunt exempti, ut habetur in dict. cap. fin.

LEY XXII.—En quantos casos puede el parrochiano de un Clérigo confesarse á otro, e non al suyo.

Parrochiano de una Eglecia, dice la ley ante desta, que non se puede confesar á otro: pero casos hay (1) señalados en que lo puede facer; e estos son cinco. El primero es, quando su Clérigo non es entendido; para que le pueda dar consejo, e quiere ir á otro que lo sea mas que aquel, mas debe gelo primero demandar; e si otorgar non gelo quisiere, puédese querellar á su Mayoral (2), e non puede ser, que quando gelo mostrare, como lo face por pro de su alma, que non le plega, e que le non de consejo. El segundo caso es, quando dexa su Parrochia, se va á morar á otra (3), ca estonce bien se puede confesar sin otorgamiento de ningún Clérigo de la otra. El tercero es, quando anda de una tierra en



otra, non habiendo voluntad de aseogar (4) en un lugar, ca estonce puédese confesar con qualquier Clérigo que sea, solo que haya poder de confesar, é de dar penitencia. El cuarto caso es, quando dexa su casa, é va por tierra ó por mar buscando otro lugar donde more (5), ó va en pelegrinaje, ó en mercadería, ó por otra razon qualquier, ca estonce puédese confesar allá donde va, asi como de suso dicho es. El quinto, quando el que es perrochano de una Iglesia face pecado en otra (6), ca este atal bien se puede confesar, si quisiere, al Clérigo de la otra Perrochia, donde fizo el pecado. E débese confesar cada uno, pudiendo haber el Clérigo, lo mas aina (7) que pudiere, ca tanto mas agrava el pecado el alma del home, quanto mas en él está.

LEX XXII.—Ad confitendum alii sacerdoti quam proprio, requiritur ejus licentia: fallit tamen in quinque casibus. Primus, si proprius sacerdos est idiota; quia tunc debet petere licentiam, qua non obtenta, conqueratur praelato. Secundus, cum ad aliam Parochiam transtulit domicilium. Tertius est, in vagabundo. Quartus, si causa mercantiae vel peregrinationis, vel alia causa peregrit. Quintus casus est, si in aliena Parochia peccavit, quia tunc potest, si vult, illi clerico confiteri. Hoc dicit.

(1) Casos hay. Vide quae dixi supra l. proxima in glos. super parte, *sin otorgamiento de aquel*.

(2) A su mayoral. Episcopo videlicet, vel Archidiacono, ubi de consuetudine vel comisione Episcopi Archidiaconus haberet curam animarum, ut notat Doctor in cap. *cum satis*, et in cap. *fin. de officio Archidiaconus*. Abb. in cap. *cum in cunctis*, §. *inferiora de elect.* et vide infra, eod. l. 32. et Decium consil. 420. n. 4. incipit, *Quæritur*; et si iste superior recusaret malitiosè dare licentiam, et de facile non posset commode adiri superior Episcopi recusantis, poterit, licentia non obtenta, alii confiteri: Sylvest. in *summa*, in parte, *Confessor*, la 1. versic. 6. *quæritur*, et habes infra eod. l. 32.

(3) A otra. Isto casu jam sacerdos Parochiae, qui se contulit, non erit alienus, sed proprius, cap. *fin. de Parochia*.

(4) Aseogar. Vide in l. *haeres absens*, ff. *de judic.*

(5) Donde more. Iste enim sine domicilio est, l. *Labeo*, in *princip. f. et l. ejus*, §. *Celsus*, ad *municipal.*

(6) Pecado en otra. Cap. 1. *de raptor.* et cap. *placuit*, 6. quæst. 5.

(7) Lo mas aina. «Ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te.» Eccles. 3. v. 7. 8. et rationes propter quas festinandum est ad penitentiam, vide per Hostiens. in *summa*, de *penitent. et remission.* charta 3. col. 4. in verbo *festina*: Advertet tamen, quia secundum S. Thom. 4. *Sententiarum*, dist. 17 ad confessionem actualem nullus tenetur statim post peccatum, quia cum præceptum confitendi sit affirmativum, non obligat, nisi pro loco et tempore. Sunt tamen aliqui casus in quibus statim tenetur confiteri, ut si haberet recipere Sacramentum Eucharistiae vel ordinem sacrum, vel si esset in periculo mortis, notabili vel probabili in casu, veluti in quo homines frequenter moriuntur, ut in naufragio, bello, acuta febris, vel gravi infirmitate; vel quando conscientia dicit ad statim confitendum, quia omne quod est contra conscientiam, scilicet præcepti, ædificat ad gehennam, 18. quæst. 1. §. *ex his*, et ibi glos. vel quando probabiliter videret, quod illo anno copiam idonei sacerdotis habere non poterit, ut poteris videre de his per Petrum de Palud. in 4. *sentent.* dist. 17. et Sylvest. in *summa*, in parte *Confessio*, la 1. versic. *secundò quæritur*; ubi refert quintum casum, quem addunt aliqui, videlicet, quando peccator post confessionem et communionem recolit se oblitum confiteri aliquod mortale, quia tenetur statim confiteri, neque potest expectare futuram. Quadragesimam, quia exponeret se periculo obliviscendi; quod tamen ipse Sylvester dicit nihil esse, quia oblivisci peccatum mortale, non est mortale: unde iste non se exponit periculo peccati mortalis, neque tenetur laborare ne obliviscatur, sed sufficit, quod velit recordari et proponat confiteri, quando alia vice tenebitur.

de la otra. El tercero es, quando el que es perrochano de una Iglesia face

LEX XXIII.—Quantas cosas debe haber en la penitencia para ganar por ella salvacion.

Salvacion ganan los homes de sus pecados, haciendo penitencia verdadera, é para esto han menester tres cosas. La primera, que se duelan en sus corazones (1) de los pecados que ficieron. La segunda, que los confiesen (2) verdaderamente, non encubriendo ninguno á sabiendas, nin menguando de decir todo aquello de que se acordaren. La tercera, que fagan enmienda dellos, segund les mandaren aquellos á quien se confesaren. E estas tres cosas debe facer cada un peccador, porque erró contra Dios en tres maneras. La una, porque ovo sabor de pensar el pecado. La otra, porque consentió en él, queriéndolo facer. La tercera, por la soberbia que ovo, en cumplirlo de dicho, é de fecho. Asi por estos tres males todo Christiano, que se confesare verdaderamente (3), debe facer aquellas tres emiendas sobredichas; ca se debe doler en su corazon por el pensamiento malo que pensó, en que hobo sabor; é debelo decir por su boca, porque fue desvergonzado (4), queriéndolo facer; é ha de facer emienda por la soberbia que hobo en sí, por cumplir el pecado. E para estas cosas mostrar, amenazó Elias Profeta por mandado de Dios á Azahel, Rey de Damasco, quando le dixo (5): que por los males, é por las premias que ficiera tres vegadas á los Pueblos de los Judíos, si se arrepintiese, é ficiese penitencia dello, que lo perdonaria; mas por la cuarta vegada, si los apremiase, non lo perdonaria, mas que le daria pena por ello. Onde por estos males, é por estas premias, entiéndense tres maneras de pecado en que caen los homes, pensando mal, é consintiéndolo, é despues faciéndolo. E el quarto es, quando non quieren facer penitencia de sus pecados, é han sabor de venir en ellos. E porende al que asi muere, non lo perdonará Dios (6): ca derecho es que el que toda su vida quiso venir en pecado, sin facer penitencia, ó arrepentirse dello, que despues de su muerte siempre sea en pena.

LEX XXIII.—In peccati commissione errat quis contra Deum tripliciter: meditando, consentiendo, et faciendo. Ita in vera penitentia sunt tria necessaria, quibus illas tres offensiones emendare debet peccator. Pro prima, cordis contritio. Pro secunda, oris confessio. Pro tertia, operis satisfactio. Hoc dicit.

(1) Se duelan en sus corazones. Contritio debet esse universalis, continua, habens propositum confitendi et satisfaciendi, et contritio est dolor pro peccatis verus et anxius cum proposito abstinendi, confitendi, et satisfaciendi assumptus, Joel 2. v. 13. *Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra*, vel dic quod cordis contritio est á malo ad bonum, á diabolo ad Deum conversio, Joel 2. v. 12. *Convertimini ad me in toto corde vestro*. Conversio autem est cordis unidique versio, de *penitent.* dist. 1. cap. *convertimini*; hæc Hostiens. in *summa de penitent. et remission.* charta 1. col. 3. versic. *quid sit contritio*, et col. 4. vers. *qualis debeat esse contritio*. Secundum Theologos, contritio, prout est virtus seu actus virtutis, quæ penitentia dicitur, diffinitur sic: Contritio est dolor voluntatis, assumptus pro peccatis; prout verò est pars sacramenti habens relationem ad alias partes, est dolor voluntariè assumptus pro peccatis, cum proposito confitendi et satisfaciendi. Videas Sanctum Thom. et alios Theologos in 4. *Sententiarum*, dist. 17. Debet autem peccator niti et orare pro magna contritione, sed si majorem non potest habere, saltem doleat se peccasse, et hoc sufficit; sed propter hoc doleat quia Deum offendit, nam si ex aliis causis doleret propter infamiam fortè vel amissionem honoris, non est digna penitentia, cap. *ut constituatur*, 30. distinct. neque exigitur peccatores tantum dolere, quod

potius vellent omnem penam substinere, quam peccasse, ut tradit Innocent. et Joan. Andr. in cap. *omnis utriusque sexus, de penitent. et remission.* et secundum Petrum de Palud. á penitente requirendum est, si penitet, et si non sufficienter dolet, an hoc sibi displiceat, et vellet sufficienter dolere, et hoc sufficit, quod Sylvester in *summa*, in verbo *Contritio*, §. 1. dicit valde esse notandum: quia sic dispositus est contritus, vel saltem attritus, ut possit absolvi; et dicit Gloss. in cap. *quem penitet, de penitent.* dist. 1. quod confiteri quis debet de omni peccato, et ejus veritate, ut in cap. *consideret, de penitent.* dist. 5. et dist. 6. cap. *qui vult*.

(2) Que los confiesen. Gloss. in *summa de penit.* dist. 5. dicit, quod ad confessionem tenentur ex universalis Ecclesie traditione potius, quam ex novi vel veteris Testamenti auctoritate; et quod traditio Ecclesie obligatoria est, ut præceptum, argum. 11. dist. cap. *in his rebus*, et quod necessaria est confessio in mortalibus apud nos; sed apud Græcos dicit, quod non, quia non emanavit ad illos traditio talis, et illud Epistolæ Jacobi: *confitemini alterutrum peccata vestra*, dicit fuisse consilii primò, alioquin ligaret et Græcos, non obstante eorum consuetudine. Abb. etiam in cap. *omnis utriusque sexus, de penitent. et remission.* colum. 5. versic. *extra gloss.* tenet opinionem dicte glossæ. Theologi tenent, quod ut est mentalis facta Deo, est de jure naturali, ut autem est vocalis, est de jure divino novæ legis, ut tradit Sanctus Thom. 4. *Sententiarum*, distinct. 17. et Sanctus Bonaventura, Ricardus, et Scotus, pro quibus valdè concludit auctoritas illa Joan. 20. v. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt*; et ideo neque Papa dispensare potest super Sacramento confessionis, ne quis confiteatur homini secundum Sanctum Thomam in 4. *Sententiarum*, distinct. 16. quæst. 3. articulo 1. in fine, quia Sacramenta sunt ex institutione divina; bene tamen Papa posset dispensare, ut differret confessionem ultra annum, de quo etiam per Archidiaconum, de *penitent.* dist. 5. in *summa* ad finem. Decius consil. 412. num. 5. Peccata venialia non tenentur quis singulariter confiteri, Gloss. in cap. *perfecta penitentia, de penitent.* distinct. 1. Hostiens. verò in *summa de penitent. et remission.* charta 2. versic. *de quibus peccatis*, ponit in hoc tres opiniones. Prima, ut non sit necesse confiteri venialia peccata sacerdotibus, etsi copia sacerdotis habeatur; dummodo hoc ex contemptu non prætermittatur; et quod sufficeret ea confiteri cœquali. Secunda, quod necdum mortalia, sed etiam venialia pendenda sunt sacerdoti, qui ligandi et solvendi potestatem habet, si ipsius copia habeatur; et est argumentum pro eis de *penitent.* dist. 1. cap. *agite penitentiam*. Tandem ponit ipse tertiam opinionem, et dicit esse distinguendum inter venialia, et venialia; habent enim tres gradus sicut Apostolus testatur 1. ad Corinth. 3. v. 12. et habetur in §. *alias*, 25. dist. ligna scilicet, fœnum, et stipulam. Per ligna majora venialia intelliguntur, et quæ nimis sunt inveterata vel in consuetudine jam deducta, quæ ex ipsa frequentatione et contemptu mortalia reputantur, vel sequuntur, ut in cap. *et si Christus*, §. *quædam, de jurejurando*, et secundum hoc dicit intelligendum, quod August. dicit, quod nullum peccatum adeo veniale est, quod non fiat criminale dum placet, ut in dict. §. *criminitis*, et §. sequent. dist. 25. et tunc debet confiteri, si fieri possit, et de his dicitur: *Vitasti grandia, vide ne obruaris arena*. Per fœnum, intelligas minora, et hæc confitenda sunt saltem in genere, cap. *de quotidianis, de penitent.* distinct. 5. Per stipulam, intelligere minima venialia, quæ in sola cogitatione consistunt, et quæ ad consensum non perveniunt, ut de *penitent.* distinct. 2. cap. *sicut de tribus*. Abbas in cap. *omnis utriusque sexus, de penitent. et remission.* dicit, quod bonum consilium est, de quo Gloss. ibi, ut confiteatur quis venalia, si recolit, præsertim si deducta sunt in consuetudine. Cardinal. Alexand. in dicto §. *criminitis*, loquitur in hoc satis intricatè. Sanctus Thom. 4. *Sententiarum* distinct. 16. et 17. Scotus, et Petrus de Palud. ibidem, et communiter Doctores dicunt, quod regulariter non teneamur confiteri peccata venialia, neque ex vi sacramenti, neque ex dispositione; cap. *omnis utriusque sexus, de penitent. et remission.* et intellige de confessione in specie de singulis, ut in principio gloss. diximus. Tenemur tamen ratione statuti Ecclesie confiteri venialia in genere dicendo: *Nos quidem immunes à peccato mortali, secundum conscientiam nostram, tamen in multis aliis deliquisse, et petere absolutionem*, secundum Sylvest. in *summa* in verbo, *Confessio*, 1. §. *decimo tertio quæritur*. Si tamen quis dubitet an sit mortale vel veniale, tenetur confiteri eum in specie secundum Sanctum Thomam, ubi supra.

(3) Verdaderamente. Debet enim esse confessio pura, et fidelis, et integra, et debet habere confessio sexdecim, quæ his versibus continentur.

Sit simplex, humilis, Confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata;

Fortis, et accusans, et sit parere parata.

Secundum Saactum Thomam, et alios Theologos in 4. *Sententiarum*, dist. 17. ubi hæc plenè exponuntur. Vide etiam per Hostiens. in *summa de penitent. et remission.* charta 3. colum. 2. et 4. et 5. versic. *qualis debet esse confessio*, et vide glossam notabilem, in cap. *quem penitet, de penitent.* dist. 1. et duæ prædictis, scilicet quod sit frequens et festina, sunt de bene esse, secundum Sylvest. in *summa*, in verbo *Confessio*, la 1. versic. *primò verò quæritur*.

(4) Desvergonzado. Debet ergo in confessione vincere erubescenciam, et ipsa erubescencia partem habet remissionis, quoniam et verecundia magna est poena, ut in cap. *quem penitet, de penitent.* dist. 1. et non debet dividi confessio timore verecundiae, cap. 1. versic. *cautus, de penitent.* distinct. 5. et contra hunc pudorem est triplex medicina. Prima consideratio rationis naturalis: si enim non erubuit peccare, quod inhonestum et inutile fuit, non debes secundum rationem naturalem erubescere confiteri, quod honestum et utile est; unde dicit beatus Bernardus: «O insania nimia hominum, pudet abluì, et non pudet inquinari; pudet sordes abstergere, et non pudet contrahere: abstergitur caliga, et contemnitur anima!» Secunda, est virtus divinæ intuitionis, quam nihil celare potest etiam minimam cogitationem: ad Hebræos 4. v. 15. *Omnia nuda sunt, et aperta oculis ejus, cap. novit, de judic.* Tertia est comparatio future confusionis: Ecclesiast. 4. v. 25. est confusio adducens ignominiam, sive peccatum, et est confusio adducens gloriam; de his plenè per Hostiens. in *summa, de penitent. et remis.* charta 9. colum. 1. vers. *quæ impediunt penitentiam*.

(5) Dixo. Vide Amos, cap. 1. et in cap. *super tribus, de penit.* distinct. 1.

(6) Non lo perdonará Dios. Adde dict. cap. *super tribus*, in fine.

LEX XXIV.—Quantas maneras son de pecados sobre que ha de ser fecha la penitencia.

Santa Iglesia muestra como perdona Dios en tres maneras de pecados, quando se confiesan: é da exemplo desto de los tres muertos que resuscitó nuestro Señor Jesu-Christo, quando andaba por la tierra; ca segund fizo, estonce en los cuerpos, face agora semejante dello en las almas. E primeramente resuscitó la fija (1) del Principe de la Sinagoga, que yacia muerta dentro de su casa, é por esto se entiende el pecado de los malos pensamientos, en que home está: é quando face penitencia dellos, resuscitalo nuestro Señor Dios en el alma, que era muerta por aquel pecado contra Dios por el pensamiento malo que pensó dentro en su corazon, si lo confiesa; asi como resuscitó aquella manceba dentro en su casa. E el otro muerto que resuscitó, era fijo de una viuda (2), é quando lo llevaban á soterrar, encontraron con nuestro Señor Jesu-Christo los que lo llevaban fuera de la puerta de la Ciudad: é hobo duelo de su madre, é de la otra compañia que lo llevaban, é resuscitólo, é por este quiso que entendiésemos el pecado que face el home, diciendo algunas palabras, que fuesen carrera para facer el pecado que pensó, ó trabajándose de otra manera qualquier para cumplirlo: é quando face penitencia del, resuscitalo nuestro Señor Jesu-Christo en el alma, que era ya en carrera para cumplir el pecado; asi como fizo venir el fijo de aquella muger que llevaban á soterrar. E el tercero que resuscitó, fué Lázaro (3), que habia quatro dias que era muerto, é fedia ya muy mal, é por esto tovo por bien que enten-